



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ivlii Cæsar| Scaligeri| Epistolæ| &| Orationes|**

**Scaliger, Julius Caesar**

**Lugduni Batavorum, 1600**

Ivlivs Cæsar Scaliger arnoldo Ferrono Attico, Patritio Burdegalensi. S. D.  
XCVII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70455](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70455)

IVLIVS CÆSAR SCALIGER  
 ARNOLDO FERRONO ATTICO,  
*Patritio Burdegalensi.*

S. D. XCVII.

**M**ATVRANTI mihi consilia studiorum  
 meorum, propterea quod & sero ini-  
 ta & multa opera ad perficiendum egere  
 videbantur, obiectum est, Attice, eiusmodi  
 impedimentum, cuius impetu nō illa mo-  
 do, verum spes omnes nostræ quoque con-  
 cidere. Cum enim eo properarem, ut filiolis  
 meis lectissimis adolescentulis quam plu-  
 rimum facerem in re literaria: eorum al-  
 ter bimulus, cuius ætas quanto erat inno-  
 centiæ propior, tāto aptior fuit ad iniuriam  
 accipiendam, acerbissimæ mortis tela, quæ  
 ipse in corpus suum excepisset, ex mœrore  
 infixit mihi. Atque illius quidem indeoles,  
 Ferrone, quæ tum ætatem, tum expecta-  
 tionem omnium nostrum præuenisset, &  
 tunc pietatem meam, qui pater essem, &  
 nunc luctum nostrū, qui mortales sumus,  
 & deinceps posteritatis gratiam, cuius  
 commoda diuini ingenii sui monumentis  
 aucturus ille fuerat, merita esse credebatur.

At quo mortis genera abusa est securitate  
 nostra inuidentissima bonis omnibus for-  
 tunas?

tuna? O dñi immortales! me ne aurei illius  
infantis vitam ei commisisse? me ne ci vi-  
ctum vitamque suppeditasse, quæ illi mor-  
tem esset allatura? me iis opibus, quas meo  
sanguine peperisse, alere monstra ista,  
quæ sese nutrices appellari volunt: quarum  
impietate futurum esset, ut charissimorum  
viscerum meorum perpetuo torquerer de-  
siderio? non vigiliae mæ, non sedulitas fa-  
miliarum, non miserrimæ parentis custo-  
dia sœuissimi fati inuidiam placare potue-  
runt. Quare, mi Attice, quoniam prior vi-  
ta, quæ fortunæ obnoxia esset, eius feritate  
intercepta est: quod reliquum fuerat mæ-  
stissimo patri, hoc genus alterum viuendi  
saltem, quod ad immortalitatem quam  
proxime accedere videtur, nolui deesse  
ci, cuius in successionem mortalitatem  
meam prorogari posse speraram frustra.  
Ac officij quidem genus hoc quanquam  
erga egregios beneque de republica meri-  
tos viros olim adhiberi solitum est: tantas  
tantæ indolis dotes tamen sua spe defrau-  
dari minime æquum putabam. Et pios stu-  
diososque mortales exoratos velim, vt si  
hanc operam in infantis meritis aut otiose,  
aut ambitiose locatam nolint, patientur sal-  
tem scipsum lugere sordidatum ærumnis

V 4 patrem:

312 I V L I I CÆSAR. SCAL.

patrem:cui dati a natura liberi sint , vt per eorum interitum ipse exitio suo fatali anteuertat. Tibi vero,Ferrone, cum propter alias virtutes tuas ciuiles, admirabilemque eruditionem , tum propter diuinam sapientiam , atque animi nobilitatem , qua verissimam colis pietatem , muneri mitto hanc oratiunculam , vt quem liberis meis patrem animo destinaram , si quid mihi humanitus accidisset , particeps sis cum veteris luctus ex recordatione illius necis propter singularēm humanitatem tuam , atque nostram necessitudinem, tum consolationis ex lectione huius lucubrationculæ , propter opinionem , quam ego non satis meritus in hoc eloquentiæ genere fui semper apud te consecutus. Vale,Agenni,postridie calend.Iunias.

I V L I I CÆSARIS SCALIGERI  
O R A T I O  
In luctu  
A V D E C T I CÆSARIS  
F I L I I . X C V I I I .

S i pietatis meæ, CIVES, monumenta cœbra clementiore fato veterum suorum meritorum cursum tenere potuissent, non  
huiuscæ